

**BOLETIN OFICIAL**



DEL  
**Obispado de Osma.**

---

**SUMARIO.**

Viaje del Excmo. y Rvmo. Prelado.—Exhortación de S. Santidad el Papa Pio X al Clero católico con motivo de su Jubileo Sacerdotal, *texto latino*.—Edicto para la provisión del Beneficio Contralto de la S. I. Catedral.—Circular del Rvmo. Prelado encargando se cante un *Te Deum* en el aniversario de la ordenación Sacerdotal de Su Santidad el Papa.—Otra del mismo Rvmo. Prelado con motivo del mes del Rosario.—Los *Anales del Pilar* sobre la exposición Mariana de Zaragoza.—Casos de conciencia para las Conferencias morales de Octubre.

---

**VIAJE DEL PRELADO**

---

Nuestro Excmo. y Rdmo. Prelado tiene determinado salir para Zaragoza el 25 del corriente con objeto de asistir al Congreso Mariano. Desde allí irá á la Rioja en donde pasará algunos días. Pidamos á Dios que le conceda un viaje feliz y regrese sin novedad á su amada Diócesis.

Durante su ausencia estará encargado del gobierno de la Diócesis el M. I. Sr. Arcediano de la Santa Iglesia Catedral y Secretario de Cámara del Obispado.



SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ X  
IN QUINQUAGESSIMO NATALI SACERDOTII SUI  
EXHORTATIO AD CLERUM CATHOLICUM

---

PIUS PP. X

*Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem.*

Haerent animo penitus, suntque plena formidinis, quae gentium Apostolus ad Hebraeos scribebat (1), quum illos commonens de obedientiae officio praepositis debitae, gravissime affirmabat: *Ipsi enim ; ervigant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Haec nimirum sententia si ad omnes pertinet, quotquot in Ecclesia praesunt, at maxime in Nos cadit, qui, licet impares, supremam in ea auctoritatem, Deo dante, obtinemus. Quare noctu atque interdiu sollicitudine affecti, meditari atque eniti non intermittimus quaecumque ad incolunitatem faciant et incrementa dominici gregis. Inter haec unum praecipue Nos occupat: homines sacri ordinis eos omnino esse, qui pro muneric officio esse debent. Persuasum enim habemus, hac maxime via de religionis statu bene esse laetiusque sperandum. Idcirco, statim ut Pontificatum inivimus, quamquam, universitatem cleri contuentibus, multipli- cies eius laudes elucebant, tamen venerabiles fratres catholici orbis Episcopos impensis- sime hortandos censuimus, ut nihil constantius nihil efficacius agerent, quam ut Christum formarent in iis, qui formando in ceteris Christo rite destinantur. Sacrorum autem Antistitum quae fuerint in hac re voluntates probe novimus. Novimus qua providentia, qua navitate in excolendo ad virtutem clero assidue connituntur: de quo illis non tam laudem impertivisse, quam gratias palam habuisse libet.

At vero, quum ex huiusmodi Episcoporum curis iam plures e clero gratulamur coelestes concepisse ignes, unde gratiam Dei, ex impositione manuum presbyterii susceptam, vel resuscitarunt vel acuerunt; tum adhuc conquerendum superest, alios quosdam per diversas regiones non ita se probare, ut in ipsos tamquam in speculum, prout dignum est, plebs christiana coniiciens oculos, sumere possit quod imitetur. Ad hos porro cor Nostrum per hasce litteras patere volumus; videlicet ut cor patris, quod in conspectu aegrotantis filii anxia palpitat caritate. Hac igitur suadente, hortationibus Episcoporum hortationes addimus Nostras: quae, quamvis eo spectent potissimum ut devios torpentesve ad meliora revocent, tamen etiam ceteris admoveant velimus incitamenta. Commonstramus iter quo quisque studiosius in dies contendat ut vere sit, quem Apostolus nitide expressit, *homo Dei* (1), iustaeque expectationi Ecclesiae respondeat.—Nihil plane inauditum vobis aut cuiquam novum dicemus, sed quae certe commeminisse omnes oportet: spem autem indit Deus, vocem nostram fructum non exiguum esse habituram. Id equidem flagitamus: *Renovamini... spiritu mentis vestrae, et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, et sanctitate veritatis* (2): eritque hoc a vobis in quinquagesimo sacerdotii nostri natali pulcherrimum acceptissimumque munus. Quumque Nos, *in animo contrito et spiritu humilitatis* (3), exactos in sacerdotio annos recogitabimus Deo; quidquid humani dolendum sit, videbimur quodammodo expiare, admonendo vos et cohortando *ut ambuletis digne Deo per omnia placentes* (4).—Qua tamen in hortatione, non vestras tantum utilitates tuebimur, sed communes etiam catholicorum gentium; quum aliae ab

(1) I Tim. VI, 11.

(2) Ephes. IV, 23, 24.

(3) Dan. III, 39.

(4) Coloss. I, 10.

aliis dissociari nequaquam possint. Etenim non eiusmodi est sacerdos, qui bonus malusve uni sibi esse queat; sed eius ratio et habitus vitae sane quantum habet consequentis effectus in populum. Sacerdos reapse bonus ubi est, quale ibi donum et quantum est!

Hinc porro, dilecti filii, hortationis Nostrae exordium capimus, ut vos nimirum ad eam vitae sanctimoniam, quam dignitatis gradus postulat, excitemus.— Quicumque enim sacerdotio potitur, eo non sibi tantum, sed aliis potitur: *Omnis namque Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis, quae sunt ad Deum* (1). Id ipsum et Christus indicavit, qui ad significandum quo demum actio sacerdotum spectet, eos cum sale itemque cum luce comparatos voluit. Lux ergo mundi, sal terrae, sacerdos est. Neminem sane fugit id praecipue fieri christiana veritate tradenda: at vero quem pariter fugiat, institutionem eiusmodi pro nihilo fere esse, si, quae sacerdos verbo tradat, exemplo suo non comprobet? Qui audiunt, contumeliose ii quidem, sed non immerito obiicient: *Confidentur se nosse Deum, factis autem negant* (2); doctrinamque respuent, nec sacerdotis fruentur lucē. Quam ob rem ipse Christus, factus sacerdotum forma, re primum, mox verbis docuit: *Coepit Jesus facere, et docere* (3).—Item, sanctimonia posthabita, nihil admodum sacerdos sal terrae esse poterit; corruptum enim et contaminatum integritate minime aptum est conferendae: unde autem sanctitas abest, ibi corruptionem inesse oportet. Quapropter Christus, eamdem insistens similitudinem, sacerdotes tales sal infatuatum dicit, quod *ad nihilum valet ultra, nisi ut mittatur foras*, atque adeo *conculcetur ab hominibus* (4).

Quae quidem eo apertius patent, quod sacerdotali

---

(1) Hebr. V, 1.

(2) Tit. I., 16.

(3) Act. I. 1.

(4) Math. V., 13.

munere haud nostro nos fungimur nomine, sed Christi Iesu. *Sic nos*, inquit Apostolus, *existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei* (1). *pro Christo ergo legatione fungimur* (2).—Hac nempe de causa Christus ipse, non ad servorum, sed ad amicorum numerum nos adscripsit: *Iam non dicim vos servos... Vos autem dixi amicos; quia omnia quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis... Elegi vos, et posui vos ut eatis, et fructum afferatis* (3).—Est igitur nobis persona Christi gerenda: legatio vero ab ipso data sic obeunda, ut quo ille intendit, eo nos pertingamus. Quoniam vero *idem velle idem nolle, ea demum firma amicitia est*; tenemur, ut amici, hoc sentire in nobis, quod et in Christo Iesu, qui est *sanctus, innocens, impollutus* (4): ut legati ab eo, debemus doctrinis eius ac legi conciliare fidem hominum easdem nimirum non ipsi primum servantes: ut potestatis eius participes ad animos vinculis culparum levandos, conari nos omni studio oportet ne illis implacemur. At maxime ut ministri eius in praecellentissimo sacrificio, quod perenni virtute pro mundi vita innovatur, debemus ea animi conformatioне uti, qua ille ad aram crucis seipsum obtulit hostiam immaculatam Deo. Nam si olim, in specie solummodo ac figura, tanta a sacerdotibus postulabatur sanctitas; ecquid a nobis, quem victima est Christus? *Quo non oportet igitur esse puriorem tali fruentem sacrificio? quo solari radio non splendidiorem manum carnem hanc dividentem? os quod igni spirituali repletur, linguam quae tremendo nimis sanguine rubescit?* (5) Perapte S. Carolus Borromaeus, in orationibus ad clerum, sic instabat: «Si meminissemus, dilectissimi fratres, quanta et quam digna in manibus nostris posuerit Dominus Deus, quantam istiusmodi

(1) Cor. IV, 1.

(2) II. Cor. V, 20.

(3) Joan. XV, 15, 16.

(4) Heb. VII, 26.

(5) S. Joan Chysost. hom. LXXXII in Math. n. 5.

»consideratio vim habaret a I nos impellentim ut vi-  
»tam ecclesiasticam non habere dignum faceremus! Quid  
»non posuit in nobis Dominus suus tantum proprium  
»Filium suum?... Quis enim deus hunc nos suos om-  
»nes, sacramente... quibus illi  
»nihil est carius, quas sibi ipsi praetulit in amore, quas  
»sanguine suo redemit: in manu mea posuit coelum,  
»quod et aperire et claudere ceteris possim... Quomodo  
»ergo adeo ingratus esse potero tantae dignationi et  
»dilectioni, ut peccem contra ipsum? ut illius honorem  
»offendam? ut hoc corpus, quod suum est, inquinem?  
»ut hanc dignitatem, hanc vitam, eius obsequio conse-  
»cratam, maculem?»

Ad hanc ipsam vitae sanctimoniam, de qua iuvat paulo fusius dicere, magnis Ecclesia spectat perpetuisque curis. Sacra idcirco Seminaria instituta: ubi, si litteris ac doctrinis imbuendi sunt qui in spem cleri adolescent, at simul tamen praecipueque ad pietatem omnem a teneris annis sunt conformandi. Subinde vero dum ipsa candidatos diuturnis intervallis gradatim promovet, nusquam, ut mater sedula, hortationibus de sanctitate assequenda parcit. Iucunda quidem ea sunt ad recolendum. Quum enim primo in sacram militiam cooptavit, voluit nos ea rite profiteri: *Dominus pars haereditatis mere, et calicis mei: tu es, qui restitues haereditatem meam mihi.* (1) Quibus, inquit Hieronymus, moneatur clericus ut *qui, vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibeat, ut et ipse possideat Dominum, et possideatur a Domino.* (2)—Subdiaconis accensendos ipsa quam graviter est allocuta! *Iterum atque iterum considerare deletis attente quod onus hodie ultro appetitis;... quod si hunc ordinem susceperitis, amplius non licebit a proposito resilire, sed Deo... perpetuo famulari, et*

---

(1) Ps. xv, 5.

(2) Ep. LII, ad Nepotiarum, n. 5.

castitatem, illæ adiuvante, servare oportebit. Tum denique: *Si usque nunc fuistis tardi ad ecclesiam, amodo debetis esse assidui: si usque nunc somnolenti, amodo vigiles;... si usque nunc in honesti, amodo casti... Videite cuius ministerium vobis traditur!* — Diaconatu porro augendis sic per Antistitem a Deo precata est: *Abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans, innocentiae puritas et spiritualis observantia disciplinae. In moribus eorum praecepta tua fulgeant, ut suae castitatis exemplo imitationem sanctam plebs acquirat.* — Sed eo acrius movet commonitio initiandis sacerdotio facta: *Cum magno timore ad tantum gradum ascendendum est, ac providendum ut caelestis sapientia, probi mores et diuturna iustitiae observatio ad id electos commendet... Sit ɔlor vitae vestrae delectamentum Ecclesiae Christi, ut praedicatione atque exemplo aedificetis donum, idest familiam Dei.. Maximeque omnium urget illud gravissime additum: Imitamini quod tractatis: quod profecto cum Pauli praecepto congruit: ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu.* (1)

Talis igitur quum sit mens Ecclesiae de sacerdotum vita, mirum nemini esse possit, quod sancti Patres ac Doctores omnes ita de ea re consentiant, ut illos fere nimios quis arbitretur: quos tamen si prudenter aestimemus, nihil eos nisi apprime verum rectumque docuisse iudicabimus. Eorum porro sententia haec summatim est. Tantum scilicet inter sacerdotem et quemlibet probum virum intercedere debet discriminis, quantum inter coelum et terram: ob eamque causam, virtuti sacerdotali cavendum non solum ne gravioribus criminibus sit affinis, sed ne minimis quidem. In quo virorum tam venerabilium iudicio Tridentina Synodus stetit, quum monuit clericos ut fugerent *levia etiam delicta, quae in ipsis maxima essent:* (2) maxima scilicet,

---

(1) Coloss. I, 28.

(2) Sess. XXII, *de reform. c. I.*

non re ipsa, sed respectu peccantis, in quem, potiore iure quam in templorum aedificia, illud convenit: *Dominum tuam decet sanctitudo.* (1)

Iam sanctitas eiusmodi, qua sacerdotem carere sit nefas, videndum est in quo sit ponenda: id enim si quis ignoret vel praepostere accipiat, magno certe in discrimine versatur. Evidem sunt qui putent, quin etiam profiteantur, sacerdotis laudem in eo collocandam omnino esse, ut sese aliorum utilitatibus totum impendat: quamobrem, dimissa fere illarum cura virtutum, quibus homo perficitur ipse (eas ideo vocitant *passivas*), aiunt vim omnem atque studium esse conferenda ut *activas* virtutes quis scolat exerceatque. Haec sane doctrina mirum quantum fallaciae habet atque exitii. De ea Decessor noster fel. rec. sic pro sua sapientia edixit: (2) «Christianas... virtutes, alias temporibus aliis accommodatas esse, is solum velit, qui Apostoli verba non meminerit: *Quos praescivit, et praedestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.* (3) Magister et exemplar sanctitatis omnis Christus est; ad cuius regulam apatri omnes necesse est, quotquot avert beatorum sedibus inseri. Iamvero haud mutatur Christus prōgradientibus saeculis, sed idem *heri, et hodie: ipse et in saecula.* (4) Ad omnium igitur aetatum homines pertinet illud: *Discite a me, quia mitis sum, et humilis corde;* (5) nulloque non tempore Christus se nobis exhibet factum obedientem usque ad mortem. (6) valetque quavis aetate Apostoli sententia: *Qui... sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis.*» (7)— Quae documenta si quidem spectant unumquemque fi-

(1) Ps. xcii, 5.

(2) Ep. *Testem benevolentiae* ad Archiep. Baltimor. 22 jan. 1899.

(3) Rom. viii. 29.

(4) Hebr. xiii. 8.

(5) Math. xi. 29.

(6) Philipp. ii, 8.

(7) Gal. v, 24.

delium, proprius tamen ad sacerdotes attinent; ipsique  
prae ceteris dicta sibi habeant quae idem Decessor  
Noster apostolico ardore subiecit: «Quas utinam virtu-  
tes multo nunc plures sic colerent, ut homines sanc-  
tissimi praeteritorum temporum! qui demissione ani-  
mi, obedientia, abstinentia, *potentes* fuerunt *opere et*  
*sermone*, emolumento maximo, nedum religiosae rei,  
»sed publicae ac civilis.» Ubi animadvertere non absre  
fuerit Pontificem prudentissimum iure optimo singu-  
larem abstinentiae mentionem intulisse, quam evan-  
gelico verbo dicimus, abnegationem sui. Quippe hoc  
praesertim capite, dilecti filii, robur et virtus et fruc-  
tus omnis sacerdotalis munera continetur: hoc neglec-  
to, exoritur quidquid in moribus sacerdotis possit  
oculos animosque fidelium offendere. Nam si turpis  
lucri gratia quis agat, si negotiis saeculi se involvat,  
si primos appetat accubitus ceterosque despiciat, si  
carni et sanguini acquiescat, si quaerat hominibus pla-  
cere, si fidat persuasibilibus humanae sapientiae ver-  
bis; haec omnia inde fluunt, quod Christi mandatum  
neglit conditionemque respuit ab ipso latam: *Si quis*  
*vult post me venire, abneget semel ipsum.* (1)

(Prosequetur.)

---

## EDICTO

NOS EL OBISPO, Deán y Cabildo de la S. I. Catedral  
de Osma, etc., etc.

HACEMOS SABER: Que habiendo vacado en esta  
Santa Iglesia Catedral el Beneficio á que va unido  
el cargo de Contralto, por traslación á otro de la de  
Cádiz del Presbítero D. Victorino Elias Ramirez, hemos

---

(1) Matth. xvi, 24.

acordado prorrogar hasta el dia diez y nueve de Octubre próximo el plazo, que se fijó en el Edicto de tres de Julio último, para su provisión, la que corresponde, prévio concurso, á la Corona.

Por tanto llamamos á todos los que, siendo Presbíteros, ó en actitud de serlo *intra annum adeptae possessionis*, y no pasando de treinta y cinco años de edad, quieran oponerse al referido Beneficio, para que en término de *cuarenta días* á contar desde la fecha de la publicación de este Edicto que termina el diez y nueve del próximo mes de Octubre y que Nos reservamos prorrogar, comparezcan ante Nos ó ante nuestro infrascrito Secretario Capitular por sí ó por sus procuradores, presentando la fé de Bautismo, siendo Clérigos las testimoniales y licencia de sus respectivos Prelados, y no siéndolo certificación de buena vida y costumbres.

Pasados los *cuarenta días* se verificarán ante los examinadores que al efecto tendremos nombrados, los ejercicios de oposición que consistirán: el primero en música de Atril, y el segundo en música de Cámara, para acreditar en los dos la suficiente instrucción y extensión de voz bien timbrada y sonora, que será de *trece* puntos desde *mi* á *do agudo*; sin perjuicio de proponer á aquel ó aquellos que, no llenando esta última condición, reunan en cambio otras circunstancias, atendidas las cuales á juicio del Tribunal, puedan desempeñar el cargo en forma conveniente. Terminados los ejercicios, y formada la terna se elevará á S. M. para su aprobación.

El que fuese elegido, además de cumplir con la residencia canónica y con las demás cargas de los Beneficiados de esta Santa Iglesia compatibles con las peculiares de su oficio, tendrá la de cantar en todas las funciones á que asista el Cabildo, ya dentro ya fuera de la Catedral, y la de desempeñar el cargo de Director de Capilla cuando se lo encomendare el

Cabildo, según lo dispone el artículo ciento treinta y tres de los Estatutos de esta Santa Iglesia.

Disfrutará, prévia licencia del Cabildo, sin la cual no podrá ausentarse, del tiempo de *recessit* que tienen los demás Beneficiados de esta Santa Iglesia y percibirá su asignación en el tiempo y forma que los den ás de su clase.

En testimonio de lo cual expedimos el presente, firmado por Nós, sellado con el mayor de nuestras armas y las del Ilmo. Cabildo y refrendado del infrascrito Secretario Capitular, en el Burgo de Osma á diez de Septiembre de mil nuevecientos ocho. **† JOSÉ MARÍA, Obispo de Osma.** — Lic. Manuel de Roa y Ontoria, Deán. — Por acuerdo de Su Excia. Ilma. y Rvma. el Obispo, Deán y Cabildo, Victor Hernando, *Lectoral-Secretario.*

---

CIRCULAR NÚM. 249.

En varias ocasiones Nos hemos ocupado del Jubileo Sacerdotal de Nuestro Santísimo Padre Pio X, venturoso acontecimiento que llena de gozo á todos los buenos hijos de la Iglesia y es celebrado con religioso júbilo por todos los amantes del Pontificado.

Nuestros amados diocesanos respondieron fiel y plausiblemente á los llamamientos que con este motivo les dirigimos; ofrecieron su óbolo para el Dinero de San Pedro, principalmente el Clero, no obstante su triste situación económica; dieron limosnas para ornamentos destinados á Iglesias pobres ó los confeccionaron; han elevado preces y oraciones por el Vicario de Jesucristo, mostrando con estos actos de piedad y caridad su filial amor y firme adhesión. Todo ello Nos ha complacido en gran manera siéndonos muy grato manifestarlo.

El dia 18 del corriente mes se cumplirán cincuenta años desde que nuestro amadísimo Pontífice fué orde-

nado de Sacerdote. Damos gracias á Dios porque ha conservado su preciosa vida y pidámosle que todavía la guarde muchos años para bien de la Iglesia Católica que rige y gobierna con tanta sabiduría y acierto. Recomendamos á nuestros fieles diocesanos que con estos piadosos fines se acerquen en dicho día ó en el Domingo inmediato á recibir la Sagrada Comunión y disponemos que en el mismo Domingo, que es el 20 de este mes de Septiembre, se cante el *Te Deum* en todas las Iglesias del Obispado, invitando previamente á las Autoridades. Lo mismo se hará en nuestra Santa Iglesia Catedral y en la Colegiata de Soria.

Burgo de Osma 14 de Septiembre de 1908.

† EL OBISPO.

---

CIRCULAR NUM. 249.

Al contemplar el estado actual de la sociedad, tan deplorable y poco alhagüeño, no puede menos de sentirse entristecido el corazón noble y honrado; brotan del alma cristiana lamentos que expresan honda pena y desgarradora amargura. Por una parte la prensa anti-religiosa é impía; por otra la oral propaganda sectaria de los enemigos de Jesucristo y su Iglesia, están causando males sin cuento y verdaderos estragos en la sociedad y en los individuos.

Es cierto que hay almas buenas, que oran, trabajan y se desvelan por la salud espiritual propia y de los demás; que no perdonan medios y sacrificios para conseguir la restauración cristiana. Dichosas ellas. Nuestro deseo es que tengan muchos imitadores. Pero, desgraciadamente, hay muchos, entre los mismos que se llaman cristianos, que no aman á Cristo; que ¡oh dolor! le olvidan ó le ultrajan, escarnecen y persiguen; que no oran; que no se ejercitan en la piedad; que se encuentran dominadas por glacial indiferencia en materias de religión; que no practican las máximas y devo-

ciones cristianas. Antes, cuando la Campana tocaba al *Angelus*, los fieles descubrian sus cabezas y rezaban las *Ave Marias*. Hoy, cuántos y quienes lo hacen? Muchos ¡fatal cobardia! no se atreven; otros no quieren, no tienen voluntad; estos y aquellos, de cuántos bienes se privan. Nuestros padres rezaban diariamente el Rosario, ora en el templo, ora reuniéndose las familias en el hogar. ¡Qué hermoso era aquello! Quiera Dios que aquellos que dejaron tan piadosas costumbres vuelvan á practicarlas. No debiera haber familia cristiana que diariamente no rezase el santo Rosario. Los padres edificarían con esto á sus hijos, y estos, bien educados en la piedad, proporcionarian grandes consuelos á sus padres y sobre unos y otros descenderian en abundancia las bendiciones del Cielo, y con ellas todo género de venturas, prosperidades y dicha.

El Santo Rosario es una devoción tierna, dulcísima, la que á la Vírgen más agra la, eficacísima para conseguir gracias y especiales auxilios del Cielo. Por eso la recomendamos todos los años con todo encarecimiento; la misma recomendación hacemos en este, principalmente para el próximo mes de Octubre, y mandamos que en él despues de rezarlo en las Iglesias se diga la oración á S. José recomendada por Su Santidad. Son muchas las indulgencias que por estas piadosas devociones podrán ganar los fieles. Nós concedemos cincuenta días de indulgencia á nuestros diocesanos que en el próximo mes de Octubre recen el Santo Rosario y autorizamos para que al rezarlo en las Iglesias los dias festivos pueda, en donde se juzgue oportuno, exponerse á Su Divina Majestad. Pidamos en tan santo ejercicio por la Iglesia, por el Sumo Pontífice, por España, por la Diócesis y por nuestras propias necesidades. Dios escuchará los ruegos que fervorosamente le dirijamos por mediación de la Santísima Virgen. Una de las peticiones que más encarecidamente recomendamos es la de que cesen los periódicos anti religiosos,

ora lo sean manifiestamente, ora solapada y embozadamente, y prospere y se fomente la Buena Prensa.

Burgo de Osma 14 de Septiembre de 1908.

† EL OBISPO.

---

### La exposición Mariana de Zaragoza.

---

Con inusitada solemnidad se ha celebrado recientemente en Zaragoza la apertura de la Exposición Mariana.

Hállase enclavada en el recinto de la gran exposición General de Zaragoza, ocupando un edificio, llamado Pabellón de la Virgen del Pilar, muy hermoso y original.

Los devotos de la Virgen del Pilar han querido levantar en su Exposición un palacio en honor de la patrona de Aragón y lo han realizado venciendo obstáculos no pequeños; pues la obra lleva consigo un presupuesto de gastos de cien mil pesetas.

*Anales del Pilar*, revista religiosa, publicada con licencia eclesiástica, iniciadora del proyecto, ha abierto una suscripción para sufragar los gastos cuantiosos de la Exposición Mariana y anunciando que el sobrante, si lo hubiere, se destinará á la *Hospedería del Pilar, para peregrinos pobres y enfermos*,

Los que posean objetos relacionados con el culto ó arte marianos, harán muy bien de remitirlos á la Exposición Mariana, con esta dirección: José María Azara, Apartado 59, Zaragoza.

La citada revista acaba de publicar un número extraordinario, dedicado á la Exposición Mariana, verdaderamente notable por las firmas de respetabilísimos sacerdotes, religiosos, catedráticos literatos y periodistas ilustres, todos los cuales reconocen el éxito y encarecen la importancia de la nombrada exposición. Muchos grabados preciosos ilustran el número que, á pesar de su gran tirada, se vera agotado seguramente muy pronto.

Pueden pedirse números de *Anales del Pilar* (15 céntimos,) al Apartado 59, Zaragoza.



QUAESTIO MORALIS

**Quid est lex et quas conditiones habere debet? An obliget lex et quomodo? Quodnam objectum legis?**

CASUS

Sacerdos Lucius ob gravem in cura animarum commissam culpam ad suum Ordinarium delatus et inventus culpabilis, condemnatus fuit, ut per octiduum in quodam monasterio perageret exercitia spiritualia, et ut eidem monasterio per modum eleemosynae tribueret quinquaginta libellas seu (pesetas.) Hoc posterius nullatenus praestitit Lucius; quoad prius vero toto illo octiduo, nec unam quidem meditationem instituit, inquiens: quod oratio mentalis sit actus mere internus, qui praecipi non potest ab humano superiore. Hinc omnes alias neglexit spirituales exercitationes, contentus habitare tantum in monasterio per octo dies, quos profanos libros et ephemrides legendo, consumpsit. Quaeritur: An actus mere internus atque mixtus objectum legis et pracepti esse possint? Quid ergo de Lucio in casu dicendum?

QUAESTIO LITURGICA

**Sacerdos quomodo praeparabit calicem, hostiam et alia? Poni possunt super calicem manutergium, sudarium, clavis tabernaculi aut aliquid hujusmodi? Paramenta induendo tenetur sub gravi vel sub levi dicere orationes in Missali praescriptas?**

---

AGENDA IN COLLATIONE 12.<sup>a</sup> DIE 15 OCTOBRIS

QUAESTIO MORALIS

**Quinam leges ferre possunt? Quinam subiectum legis dici possunt? an infantes et amentes legibus subjiciantur?**

CASUS

Eusebius sumo mane abiit a loco sui domicilii, ubi speciale festum et obligatorium Patroni loci celebrabatur, et in vicinum se contulit locum, in quo etiam celebratur speciale et obligatorium festum: in neutro autem loco Missam eo die audivit. In patriam redux post aliquos dies reperit ibi speciale jejunium observari; verum cum ipse, antequam iter ingredetur, jam mane et meridie solido jentaculo et abundantanti prandio stomachum confortaverit, vespere in patria consueta integra coena et carnis reficitur. Quaeritur: An peregrini teneantur legibus loci in quo versantur? Quibusnam legibus subjiciantur? Quid de Eusebio in utroque casu dicendum?

QUESTIO LITURGICA

**In Missa privata quae dicenda alta voce, secreta et mediocri? An et quomodo peccent transgresores hujus Rubricae, seu non recitantes Missam voce debita?**

